ſolidari ⁊ perpetuari ſicut ecōtra alterius li
gni comeſtio corpus ſanū ⁊ ſolidū reddidit
diſſolubile ⁊ infirmū. ¶ Itē poſt peccatū ſi
ſpūs hoīs iūgeretur fonti uite diſponeretur
ad perpetuā beatitudinē ⁊ uitā imortalem.
ergo ſi lignū uite corporale ſic ſe habeat ad
corpus ſeruādū ſicut lignū uite ſpūale ſe hꝫ
ad ſpūm. uidetur eni ꝙ ſi hō penituiſſet et
de ligno uite guſtaſſet ꝙ corpus eius eſſet
factuꝫ indiſſolubile. ¶ Itē homo bene ꝯple-
xionatus ſi nō hꝫ impedimētuꝫ extrinſecuꝫ
uiuere pōt uſqꝫ ad ꝯſumptionē humidi radi
calis. ſi ergo illud humidū poſſet reſtaurari
poſſet corpus eius in perpetuū incorruptuꝫ
ſeruari. ſi ergo illud lignū uite ſicut dicunt
doctores habebat uim reſtaurandi humiduꝫ
radicale. uidetur ꝙ ſi homo de illo comediſ
ſet ꝙ corpus eius in eternū duraſſet. poſſꝫ
durare etiā poſt ꝯmiſſionē culpe. ¶ Sed ꝯ
Ro. vj. Stipendia peccati mors. ergo ſi pꝰ
q̄ꝫ hō peccauit neceſſariū fuit ipꝫ peccaſſe.
neceſſariū fuit ipm̄ mori. ergo neceſſarium
fuit corpus eius diſſolui. ergo nō poterat ꝑ
petuari ꝑ eſum alicuꝰ ligni. ¶ Itē ſn̄ia data
fuit Gen. ij. Quacūqꝫ die come. ⁊c̄. ſi ergo
illā ſn̄iam iam nulla uirtus creata pōt infir-
mare quātūcūqꝫ homo comederet de ligno
uite neceſſe erat ipm̄ mori ⁊ corpus eius re
ſolui. et hoc ipm̄ dicit alius textus Gen. iij.
Puluis es ⁊ in puluerē ⁊c̄. ¶ Itē homo per
peccatū ſimilis factus eſt iumentis inſipienti-
bus. ſed iumenta ſi comederēt de ligno uite
non propter hoc corpora eoꝝ fierēt indiſſo
lubilia. ſi ergo homo quātū ad ꝯditōeꝫ mor
talitatis iumentis ſimilis effectus eſt per cul
pā quantūcūqꝫ de ligno uite comederet cor
pus eius diſſolui neceſſe eſſet. ¶ Item non
minus eſt de mortali imortalē facere q̄ꝫ de
mortuo uiuū. ſed mortuū ſuſcitare hoc eſt
virtutis ſolius dei ⁊ uirtutis infinite. ergo coꝛ
pus diſſolubile ad indiſſolubile reducere hoc
eſt ſolius uirtutis diuine. ergo ſi homo poſt
peccatuꝫ de illo ligno comederet corpus eiꝰ
nihilominꝰ diſſolui eſſet neceſſe. ¶ R. dicendū
ꝙ eadem lege qua diuina iuſticia non pati
tur inocentē puniri ⁊ mori. non patitur etiā
malū remanere impunitū. et ideo diuinum
decretū fuit ut ſi homo mādatū dei trāſgre
diendo peccaret et ipſi actori ſuo inobediēs
exiſteret. ſpiritꝰ carnis dn̄ium amitteret. et
ſicut uoluntas a deo receſſerat ſic anima in
uita corpus ipm̄ deſereret. et diſſolutū in ſu
am originē unde ſumptū erat rediret. et quō
diuinum decretū erat inuiolabile. hinc eſt ꝙ
poſtq̄ꝫ homo peccauit quantūcūqꝫ de ligno
uite ederet. corpus eius non fieret indiſſolu
bile ita ꝙ mortē poſſet euadere. Ideo ꝯce-
dende ſunt rōnes hoc oſtendentes. ¶ Ad
illud quod primo obī in ꝯtrarium de textu.
dicendū ꝙ eternuꝫ non dicit ibi uite interminabi
litatē ſed uite quandā diuturnitatē quō ſepe
ꝯſueuit loqui ſcriptura. quāuis autē lignum
uite illud corpus non poſſet perpetuare. po
terat tn̄ adeo naturam ipſius adiuuare ⁊ ui-
gorare ut diutius uiueret. Et per hoc patet
reſponſio ad duo ſequentia. ſ. ad uerbum
Ricardi ⁊ ad illud quod obijcit de Enoch
⁊ Helya. vtrūqꝫ enim non ꝯcludit uite inter-
minabilitatē ſed ſolum quandā diuturnitatē
quā etſi lignum poſſet homini lapſo ꝯferre
per ſibi diuinitus collatā uirtuteꝫ. non tn̄ po
terat in eternū ꝯſeruare. quia diuinuꝫ decre
tū infirmare non poterat. ⁊ corpus hominis
peccantis ad hoc poſt peccatuꝫ habile nō erat
et illud lignum in ſolo eo ꝙ diſpoſitionem

habebat ad eius effectū efficaciā habebat.
¶ Ad illud quod obꝛ̄ per ſimile de ligno
ſciētie boni ⁊ mali. dō ꝙ illud ſimile deficit
duplr̄. primū q2 illud lignuꝫ ſcientie boni et
mali non fecit corpora illa eſſe diſſolubilia
ſed ſolū hominis culpa ⁊ diuina ſententia.
Secūdo uero q2 corpus ade anteq̄ꝫ peccaret
non habebat neceſſitatē ad permanēdū nec
neceſſitatē ad corrūpendū. ſed poſtq̄ꝫ homo
peccauit corpus eius ſubiectū fuit neceſſitati
moriendi. ideo per eſum ligni uite non po-
terat ↄſeruari. ¶ Ad illud quod obꝛ̄ de ↄiū
ctione ſpūs ad fontē ſpūalis ⁊c. dō ꝙ illud
ſimile deficit duplr̄. primū quidē q2 uolūtas
facilius uertitur ⁊ reuertitur q̄ꝫ natura. Se-
cundo uero quia fons uite ſpūalis multo po
tentior eſt ſuper animā q̄ꝫ illud lignū ſuper
corpus. et ideo non ſequitur ꝙ ſi diuinus
ſpūs recreat ⁊ uiuificat animā ꝙ lignū uite
reformet ⁊ ↄſolidet corpus in ſtatū priſtinū
¶ Ad illud quod obꝛ̄ ꝙ lignū uite reſtaura
ret humidū radicale. dō ꝙ ⁊ſi per ſui eſum
ſufficienter reſtauraret humidū in corpore
hominis nature inſtitute. nunq̄ꝫ tñ in ſtatu
nature lapſe ſic reſtauraret quin ſemper ali
qua perditio fieret. et ita q̄ꝫuis diutius ↄſer
uaret. nihilominꝰ tñ aliquādo illud radicale
humidū deficeret ⁊ corpus ad diſſolutioneꝫ
perueniret.

Conſequenter queritur de imortali
tate primi hominis quantū ad ↄiū
ctū. Et circa hoc querūtur duo. ¶
Primo queritur utrū illa imortalitas ineſſꝫ
homini a natura uel a gratia. ¶ Secundo
utrū illa imortalitas eſſet eadē per eēntiam
cum imortalitate glorioſa.

Circa primū ſic ꝓceditur ⁊ queritur
vtrū illa imortalitas eſſꝫ a natura
uel a grā. ¶ Et ꝙ a natura uidetur.
Illud eſt nobis naturale quod nobis inaſcit
⁊ cū quo nati ſumus. ſꝫ homo cū illa imorta
litate ꝓductus eſt ⁊ illa imortalitas indita ē
homini a ſua ↄditiōe. ergo fuit ei naturalis
a natura. ¶ Itē mors non poterat ineſſe ho
mini niſi precedente culpa ſicut probatū eſt
ſ. ſed culpa non poterat homini ineſſe niſi
deordinaretur natura. ſi ergo mors inerat
homini ↄtra naturā. imortalitas inerat ei p
naturā. ¶ Itē per hoc erat homo imortalis
per qd̄ erat inocēs. ſed inocens erat ex ↄdi-
tione nature eſto ꝙ nullā haberet grām. ni
hilominus tñ haberet inocētiā. ergo imorta
lis erat ex nature ↄditione. nō ex beneficio
gratie. ¶ Itē imortalitas anime conſiſtit in
ↄtinua ↄiunctione anime ⁊ corporis. ↄtinua
autē ↄiunctio anime ⁊ corporis eſt per ↄti-
nuū appetitū ad corpus et econuerſo per na
turā abſq̄ꝫ grā. ergo imortalitas inerat ho-
mini per naturā. ¶ Item idē eſt primū per
quod datur rei eſſe ⁊ per quod in eſſe ↄtinu
atur. ſed anima rōalis que eſt forma per na
turā imortalis ⁊ incorruptibilis corpori dat
naturalr̄ eſſe ⁊ ↄplemētū. ergo et ipſius cor
poris ſiue hominis eſſe naturalr̄ ↄtinuabat.
ſed a quo in eſſe eſt ↄtinuatio ab eodem eſt
imortalitatis ꝑpetuatio. ergo ⁊c. ¶ Iteꝫ na
turale eſt homini comedere ea que ſibi ap-
ponuntur. ſed homo per eſum ligni uite et
alioꝝ lignoꝝ paradiſi uitā ſuā poterat per-
petuare ſicut dicit aug. ⁊ magr̄. ¶ Sed ↄtra
Aug. ſuper Gen. ⁊ magr̄ dicit in lrā. Crea
tus ē homo imortalis quod ei erat de ligno
uite non de ↄditione nature. mortalis erat
ↄditione corporis animalis. imortalꝰ bñficio
ↄditoris. Et idem ipſe aug. expreſſius dicit
ꝙ ſicut pſtitū fuit filijs iſrael ꝙ in. xl. ānis
ueſtimenta coꝝ non ueteraſceret. ita pſtituꝫ
fuit ade ut non moreretur. ¶ Item ſup illō
Luc. x. Expoliauerūt eū ⁊ plagis ipoſitis ⁊c
Glo. exponit de primo homine quem dicit
expoliatuꝫ fuiſſe gratuitis ⁊ uulneratū in na
turalibus. ſi ergo imortalitas non fuit uulne
rata ſꝫ ſimplr̄ ablata ipſi homini per culpā.
ergo non inerat ei a natura ſed a grā. ¶ Itē
hoc uidetur rōe. Proprietates naturales nō
delinquūt ſubiectū ꝓpter culpā. ergo ſi imr
mortalitas inerat homini a natura non uide
tur ꝙ debuerit eū derelinq̄re ꝓpter culpā.
ꝙ ſi eam amiſit. pꝫ ⁊c. ¶ Itē impoſſibile ē
duo oppoſita ineſſe eideꝫ ꝫ̄ eadeꝫ principia
maxime ꝫ̄ principia naturaliter cauſantia q̄
non inclinant ad oppoſita. ſed homo per na
turā ſuā poterat mori. ergo aut imortalis ñ
erat. aut ſi erat non erat per naturā ſed per
grām ſolū. ¶ Itē corpus ade per naturā ꝓ-
priā erat nobiliter ↄplexiōatū. ergo molles
⁊ teneras carnes habebat. ſꝫ naturalr̄ molle
cedit duro. ergo p naturā corpꝰ ade ulnerari

poterat ⁊ ſecari. ergo per naturā adam non
erat imortalis. ¶ Item ignis naturaliter cō
ſumit corpus ex elementis quattuor ꝯſtitu-
tū. et corpus animale per naturam indiget
aſpiratione ⁊ reſpiratione. ergo ſi homo ca
deret in aquam uel in ignem ut non morie-
tur hoc non eſſ; pro v̓tute nature ſed potiꝰ
ꝯtra uel ſupra. non ergo eſſet a natura ſed
potius ex gr̄a. ¶ R̷. dicendū ꝙ ſicut dicit
magiſter in lit. circa hoc multiphariе ⁊ va-
ria fuit opinio. Quidam enim dicere uolue
runt ꝙ imortalitas primi hominis eſſ; a na
tura. quidam ꝙ eſſet a gr̄a. vtraq; autem
haꝝ opinionū habuit aliquā efficacem rōnes
mouentes. et vtraq; hab; aliquid ueritatis.
l; plus una habeat q̄; altera. Sicut enim cū
dicitur homo eſt beatificabilis duo tāgūtur.
⁊ aptitudo ⁊ diſpoſitio. ita etiam cum dici-
tur. homo eſt imortalis. vnde ſicut hō quo
dāmodo poteſt dici beatificabilis per natu-
ra;. quodāmodo per gr̄am. ſic ⁊ in ꝓpoſito
Prout enim hoc qd̓ eſt beatificabile impor-
tat aptitudinē. ſic ineſt homini per natura;.
homo enim a natura ſua habet aptitudine;
ad beatitudinē. Sm̄ autem ꝙ importat diſ-
poſitionē ſufficientē per quam quis perueīt
ad beatitudinē. ſiue ſufficiente; ordinem ad
actum. ſic ineſt homini non per naturam ſ;
per gratiam per quam ſufficienter diſponit̓
ad gloriam. nec ſine illa poteſt ſufficere na-
tura. Sic ⁊ in ꝓpoſito imortalis quantu; ad
ſtatū inocentie dici poterat homo p naturā
imortalis etiam per gr̄am. quia a natura ha
bebat aptitudinem. ſed a gr̄a habebat ꝯple
tiones. Et hoc patet ſic. tripliciter enim po
teſt mors homini ꝯtingere. aut p elemētoꝝ
pugnam ⁊ diſſolutionē. aut p humidi ꝯſum
ptionē. aut p extrinſecam leſionē. Immorta
litas ergo dicit priuationē huiꝰ triplicis mo
di moriendi. quantū ad actum ⁊ potentiā in
beatis qui dicunt̓ imortales quia nō poſſūt
mori. quantū ad actū non ſolum in homini-
bus ꝯſtitutis qui dicunt̓ imortales. quia po-
terant non mori hoc triplici genere morien
di. habebant enim aptitudinē euadendi hoc
triplex genus mortis p id quod habebant a
natura. Nam corpus ualde bene erat ꝯplexi
onatū. ⁊ anima de ſe incorruptibilis erat q̄
illud corpus regebat ⁊ ꝯſuabat. et ita idone

us erat primus homo ex his ꝯſtitutus ꝙ nū
q̄; deficeret p elementoꝝ pugnā. ſed tamen
illud ſufficiebat. hoc enim non poſſet anima
peccatrix facere ſi poneret̓ in ꝯſimili corp̓e.
et ideo datum fuit illi anime donum gratie
p quam poſſet corpori preſidere ⁊ illud re-
gere ⁊ elementa quaſi in quadam amicitia
cuſtodire. et hoc q̄;diu uellet ſuo actori ſub
iacere. hoc autē donum gratie uocat anſel.
iuſticiam originalē. Et ſic patet ꝙ quantu;
ad imortalitatē contra primum genus mori
endi aptitudinē habebat a natura ſed ꝯple-
mentū a gr̄a. Simil̄r quantū ad ſecundū ge
nus moriendi quod eſt per humidi ꝯſumpti
one;. vis enim nutritiua potens erat ad con
uertendū alimentū ſibi ſufficiens. et elemēta
efficacē habebant v̓tutē ad nutriendū. et ex
hoc homo idoneus erat ut conſuaret̓ in eo
ſine corruptione naturale humidū. ſed quia
humidū radicale paulatine ꝯſumitur nec po
teſt reparari p quodcūq; alimentū. ideo data ē
v̓tus ſpecialis cuidam ligno quod dictum ē
lignum uite p cuius ſumptionē repararetur hu
midū radicale. et hoc quidem non fuit ex cō
ditione nature ſed ex beneficio conditoris.
ſicut aug. dicit. Simil̄r ⁊ quantū ad tertium
genus quod quidem fit p extrinſecā leſionē
Adam enim fortis ⁊ potens erat ad repellē
dum nociua. ſapiens ⁊ diligens ad precauen
da. nec habebat nociua extrinſeca. et ideo
idoneitatē habebat ut per nullius leſionē in-
curreret mortem. verūtn̄ ꝙ beſtie ⁊ ſi qua
animalia ſunt que nocere poſſent ipſū oīo
non lederent nec in ſomno nec in vigilia.
hoc non erat a natura ſed a dei ſpeciali pro
uidentia que ita eum cuſtodiebat. ut ſub pe
dibus eius omnia ſubiacerent. ut nihil cupe
ret ip̄m offendere. et ſi cuperet non ualere;.
Et ſic patet ꝙ imortalitas que fuit in ſtatu
inocentie quantum ad aptitudine; fuit a na
tura. quantum ad ꝯplementu; fuit a gratia.
Et per hoc pro magna parte patet r̄nſio ad
obiecta. Rōnes eni; que probant ꝙ nō fuit
ſimpl̄r a natura ꝯcedende ſunt. quia uerum
concludunt. ¶ Ad illud uero quod obr̄ ꝙ
fuit a natura. quia fuit ei inata. vd̓ ꝙ nō oē
quod eſt homini a principio ſue natiuitatis
naturale ē niſi extendatur hoc nomē natu-
rale. multa enim bona gratis data ꝯcreātur

⁊ dantur cum natura ſicut planum eſt. ⁊ ideo illud nõ ualet ¶ Ad illud quod obr̃ ꝙ mors non poterat interuenire niſi preuia culpa. dicendũ ꝙ hoc non erat ſolũ ꝓpter naturam ſed ꝓpter beneficiũ gratie quod erat nature ſuperadditũ. quia enim originalis iuſticia faciebat naturã imortalẽ eſſe ⁊ hanc non poterat perdere niſi per culpam. ideo mors nõ poterat interuenire niſi per culpam. ¶ Ad illud quod obr̃ ꝙ inocentia erat a natura. ergo ſimiliter ⁊ imortalitas. dicendũ ꝙ inocẽtia dupliciter poteſt dici. Uno mõ priuatiue quia priuat culpam. Alio modo poſitiue. quia ponit iuſticiam ꝯtrariam. inocentia aũt non erat cauſa imortalitatis ſm ꝙ dicit purã priuationeꝫ ſed ſm ꝙ importat originalẽ iuſticiam merito cuius erat in anima uis totius corporis contentiua. ¶ Ad illud quod obr̃ ꝙ ꝯtinuatio uite eſt ꝯiunctio anime ⁊ corporis. dõ ꝙ ad ꝯtinuationẽ uite non ſufficit appetitus ſicut ad beatificationẽ nõ ſufficit appetere beatitudinẽ ſed ẽ neceſſaria ulterius uirtus ad ſatiſfaciendũ appetitui. omnis enĩ natura appetit eſſe ⁊ durare non ſolũ hoĩuꝫ ſed etiam brutoꝝ. non in omnibus eſt facta mortalitas. ⁊ ideo non ſequitur ꝙ a natura ſit ꝯtinuatio imortalitatis ¶ Et per hoc pꝫ rñſio ad illud quod obr̃ ꝙ eadem eſt datio eſſe ⁊ ꝯſeruatio. dõ eniꝫ ꝙ etſi illud ſit uerꝫ de ꝯſeruatione que eſt ad tempus. non tñ ẽ ueruꝫ de perpetuatione. multa. n. ſunt que poſſunt dare. ⁊ tamẽ non poſſunt ꝑpetuare ¶ Ad illud quod obr̃ ꝙ per eſuꝫ ligni uite ⁊ alioꝝ lignoꝝ poterat in eſſe ꝯſeruari. dõ ꝙ iſta non erat diuina uirtus protegens et prohibens nociua ⁊ interior uirtus ꝯſeruãs ⁊ ꝯcilians ꝯtraria. ꝑterea ꝙ lignũ uite talem effectũ haberet hoc ſpeciale donum erat dei ſicut ⁊ ꝙ tanto tempore ueſtimẽta ⁊ calciamenta populi iſrael potuerũt prebere obſequia. Et ſic patet illud.

SEcundo queritur utrũ eadem eſſꝫ imortalitas inocentie per eẽntiam cum imortalitate glorie ſi homo ſtetiſſet ¶ Et ꝙ ſit uidetur. Aug. de ṽa religione. Per xpm recuperamꝰ quod ꝑdidimꝰ in adam. ergo illam imortalitatẽ quã i adaꝫ perdidimus per xpm recuperamus. ſed illa imortalitas quam recuperamus per xpm ẽ imortalitas glorioſa. ergo ⁊c. ¶ Itẽ potentia materie diſpoſita eſt eadẽ ꝑ eẽntiã cũ ſe ipſa indiſpoſita. ſed imortalitas inocentie et imortalitas glorie ſic ſe habẽt ſicut potẽtia indifferens ⁊ potẽtia diſpoſita diſpoſitõe q̃ ẽ neceſſitas. cũ ergo in ſtatu inocentie poterat mori ⁊ non mori. in ſtatu glorie neceſſe habeat non mori. ergo ⁊c. ¶ Item liberꝫ arbitriũ ꝯfirmatũ ⁊ non ꝯfirmatũ eſt idem per eſſentiã. ſimilr̃ ⁊ charitas. ergo pari rõne et imortalitas. ſed ſic ſe habet hec mortalitas ⁊ illa. ergo ⁊c. ¶ Item maioritas in ſtatu inocentie nõ eſt alia a maioritate in ſtatu miſerie. quia nõ ẽ poſt peccatuꝫ data noua potentia nature nec ablata. ergo pari rõne in ſtatu inocentie ⁊ ſtatu glorie nõ ẽ alia ⁊ alia imortalitas ¶ Item ſi homo ſtetiſſet transferretur ad imortalitatẽ ita ꝙ nullius ꝓprietatis nobilis in eo fieret deperditio. ergo cũ imortalitas in homine diceret ꝯditionẽ nobilem ſi transformaretur illa imortalitas non amitteretur. ſed non ſunt in eodem homine due imortalitates ſimul ⁊ ſemel. ergo imortalitas inocentie ⁊ imortalitas glorie nõ differrent. ¶ Sed ꝯtra. Quod habet aliud et aliud principiũ proximũ differẽs per eẽntiã eſt. ſed imortalitas inocentie ⁊ in ſtatu glĩe habent aliud ⁊ aliud principiũ differens per eſſentiã. quia illa eſt a gloria iſta ẽ a gratia gratis data. ergo differũt per eẽntiã. ¶ Iteꝫ non eſt tranſitus ab eodẽ in idem. ſed tranſitus eſſet ab imortalitate innocentie ad imortalitatẽ glorie. ergo illa imortalitas et iſta non ſunt eadem. ¶ Iteꝫ quoꝝ oppoſita ſũt diuerſa. ⁊ ipa. ſed imortalitas ſtatus inocentie ñ opponitur mortalitati cũ ſimul ineẽnt eidem. Adam enim ⁊ mortalis ⁊ imortalis erat. ſed imortalitas glorie opponitur illi. ergo non eſt eadem cum illa. ¶ Iteꝫ lꝫ uita ade eſſet una ⁊ ꝯtinua ſi ſtetiſſet in uia ⁊ patria. ſtatus tamen uite ꝯditio eẽt alia ⁊ alia. quia ꝯditio animalitatis ⁊ ſpũalitatis nõ habent idẽtitatẽ ſed potiꝰ oppoſitionẽ ⁊ diuerſitatẽ. ergo cum imortalitas non dicat ſolũ uitã ſed potius ꝯditionẽ uite ſm ſtatum animalẽ ⁊ ſpũalem. uidetur ꝙ imortalitas ſit alia ⁊ alia. ¶ Item hoc ipm uidetur per illõ quod dicitur in lit. Alia eſt imortalitas quã amiſimus alia quã in refrectione ſperamus

Ex hac auctoritate exp̃sse colligitur q̄ alia
ſit imortalitas uie ⁊ ali a patrie. ¶ R̸. Ad p̃
dictoꝝ intelligentã notandũ eſt q̄ cum ideꝫ
ſit ſignatum in principali ⁊ ſupto. ſiue in ab
ſtracto ⁊ ꝯcreto ideꝫ eſt ſignatum huius qđ
eſt imortale ⁊ eius qđ eſt imortalitas. imor-
tale autẽ dicitur qđ eſt aptũ natũ ſiue potẽs
non mori. imortalitas ergo idem eſt qđ po-
tentia ſiue aptitudo ad non moriendũ. ⁊ hec
potentia ad nõ moriendũ nõ eſt aliud q̃ꝫ po
tentia anime in regendo ⁊ ꝯtinuando corpꝰ
ut nunq̃ꝫ deficiat. nec ab ea ſeparetur. hec
autem potẽtia ꝯſequitur ip̃m libeꝝ arbitriũ
⁊ ei ꝯformatur. vnde ſicut in ſtatu inocentie
homo poterat peccare ⁊ non peccare. ſic aĩa
poterat corpus ꝯtinuare ⁊ non ꝯtinuare. et
homo poterat mori ⁊ non mori. quia uero
in ſtatu glorie impoſſibile eſt libeꝝ arbitriũ
peccare. impoſſibile eſt etiam aĩam corpus
deſerere. et quia in ſtatu miſerie neceſſe hꝫ
peccare ⁊ aliquando in peccato eſſe ſaltem
in ſua origine. ideo impoſſibile eſt animam
corpori uitam ꝯtinuare. Queadmodũ ergo
ipſius liberi arbitrij potentia in ſtatu inocen
tie ⁊ glorie eſt eadẽ per eẽntiam differẽs ſo
lum ſm ſtatũ ⁊ diſpoſitionẽ ſuperadditã. ſic
illa potentia continuãdi ⁊ regẽdi corpus que
dicitur imortalitas per eẽntiam eſt eadẽ dif
ferens ſola ſuperaddita diſpoſitõe. Et ideo
cum queritur utrũ imortalitas inocentie et
glorie. ſiue uie ⁊ patrie eſſet eadem: r̃ndẽri
poteſt q̄ eadem eſt quantũ ad potentiã ſꝫ
alia quantũ ad diſpoſitionẽ ſuperadditã. uel
ut ꝓprius dicamus una ⁊ eadem eſt ſed al-
tera ſine altera ſicut coriſcus albus ⁊ niger
idem eſt ſed alteratus. Et ideo ꝯcedẽde ſũt
rõnes oſtẽdẽtes q̄ hec imortalitas ⁊ illa per
eẽntiam eſſet una. ¶ Ad rõnes ad oppoſi-
tũ facile eſt r̃ndere. Nam ad illud quod pri-
mo obijcit q̄ principiũ proximũ huius im-
mortalitatis et illius eſt aliud ⁊ aliud. plana
eſt r̃nſio. quia principiũ precipuũ. ſ. potẽtia
ꝯtentiua eſt una ⁊ eadem. ſꝫ principia aliter
⁊ aliter diſpoſita. hinc gratia inde vo gloria
¶ Ad illud quod obr̃ q̄ non eſt trãſitus ab
eodem in idem. dĩ q̄ tranſitus ab hac imoꝛ
talitate ad illã eſt per diuerſificatõeꝫ ſtatuũ.
quia eſt tranſitus a ſtatu in ſtatũ. et ideo ſi-
cut quod mouetur a ſtatu imperfectionis ad
ſtatum perfectionis nõ dicitur aliud ⁊ aliud
ſed ſtatus dicitur alius ⁊ alius. ſic in propoſi
to intelligendũ. ¶ Ad illud quod obr̃ q̄ ha
bent diuerſa oppoſita. dĩ q̄ illa diuerſitas
oppoſitionis uenit ex rõne ſuperaddite diſ-
poſitõis ſicut intelligitur i libertate arbitrij
que eſt libertas a coactione ⁊ a culpa ⁊ a mi-
ſeria. libertas. ut a culpa ſuperaddit aliquã
diſpoſitõeꝫ. ſ. gr̃am. libertas auteꝫ a miſia
ſuperaddit aliã diſpoſitionẽ. ſ. uel inocentiã
ue gloriã rõe quaꝝ diſpoſitionũ hꝫ opponi
diuerſis. ſic ⁊ imortalitas glorie ſuperaddit
iſtã imortalitatẽ inocentie ſicut diſpoſitio q̃
eſt neceſſitas ſupra diſpoſitionẽ que eſt con
gruitas. ¶ Ad illud qđ obr̃ imortalitas di-
cit ꝯditionẽ uite ſiue ſtatum. dĩ q̄ uerum ẽ
ſed non principaliter. imo principalius dicit
potentiã ꝯtentiuã ſicut predictum eſt. ⁊ idõ
rõ illa non cogit. ¶ Ad ultimũ. ſ. ad aucto
ritatem magiſtri iam patet reſponſio. q̄. n.
dicitur q̄ ſit alia ⁊ alia ut intelligitur hoc eẽ
dẽm quia eſt altera ⁊ altera. aut intelligitur
eẽ alia ⁊ alia non quantũ ad ip̃am potentiaꝫ
quam principaliter importat ipſa imortali-
tas. ſed quantum ad diſpoſitionẽ ſuperad-
ditam. Et ſic patet r̃nſio ad queſita.

In parte iſta ſunt dubitatõẽs circa
litteraꝫ. Et primo queritur đ hoc
quod dicit. In primo ſtatu fuit cor
pus hominis animale. Animale enim deno
minatur ab anima. ergo omne corpus hñs
animã poteſt et debet dici animale. ſꝫ corpꝰ
glorioſum eſt huiuſmodi. ergo animale dici
poteſt. qualiter ergo diuiditur animale ꝯtra
ſpũale. ¶ Si tu dicas q̄ anima nominat ibi ui-
tam carnalẽ ſicut Jo. xij. Qui amat animaꝫ
ſuaꝫ perdet eam. ſed tali modo uiuere ẽ re-
prehenſibile. ergo uidetur q̄ tale corpꝰ non
ꝯpeteret ſtatui inocentie. ¶ R̸. dĩ q̄ nom̃
generis aliquando appropriatur ei quod ſui
incõpletione uel imperfectione non addit no
men ſpeciale. vnde ſicut animal appropriat
beſtijs et dicuntur beſtie eſſe animalia. ſic
animale dictũ ab anima appropriatur quo-
dãmõ his que habent animã cibatiuã. ⁊ idõ
uoluit aug. appellare corpus animale. i. cor-
pus alimonijs egens. et iſte modus dicendi
attenditur ſm q̄ animale uenit ab anima. et
patet r̃nſio ad obiecta. ¶ Alio modo poſſet

dici minus ꝑprie ꝙ animale ueniret ad hoc
qꝺ eſt animal. ⁊ cū aīal approprietur beſtijs
diceretur corpꝰ eiꝰ aīale. i. beſtijs ſimile. erat
aūt adam in ſua ꝯditione quantū ad corpus
ꝯſimilis beſtijs in hoc ꝙ indigebat refici ci-
bis. quantū ad mentē uero erat in honore ⁊
beſtijs diſſimilis. ſed qꝛ cū in honore eēt nō
intellexit imo peccauit ⁊ ꝯparatus ē iumētis
inſipientibꝰ. ⁊. ſ. ſ. eſt aīal. ut ⁊ nō ſolū ipſe ⁊
eiꝰ poſteri beſtijs eēnt ſimiles īdigētia cibi.
ſed etiā in beſtialitate ⁊ appetitu mentis. et
ſic patet pro quanto dicitur adam habuiſſe
corpus aīale ⁊ quō diuiditur ꝯtra ſpūale.
¶ Itē queritur de hoc qꝺ dicit. ꝙ habebat
corpus mortale ⁊ ⁊ imortale. Cū enim mor
tale ⁊ imortale ſint oppoſita uiꝺtur ꝙ duo
oppoſita ſimul ⁊ ſemel ineſſent eidē. ¶ Itē
aīal eſſentiali diuiſione diuiditur per morta
le ⁊ imortale ſicut per rōale ⁊ irrōnale im-
poſſibile eſt eē mortale ⁊ imortale. ¶ R. di
cendū ꝙ imortale duplr̄ dicitur. vno modo
prout priuat actū ⁊ aptitudinē moriendi. et
ſic dicitur imortale quod non eſt potēs mori
et hoc modo directe opponitur ei quod eſt
mortale. ⁊ impoſſibile eſt eſſe circa idē. Alio
modo ꝑut priuat actū ſolū. ⁊ tunc dr̄ imorta
le. i. potens non mori. ⁊ hoc modo mortale
⁊ imortale nō hn̄t oppoſitionē. qm̄ potētie
rōales ⁊ ille que rōnalibus ſubijciūtur ſunt
ad oppoſita. ⁊ ideo lꝫ actus ſint oppoſiti. po
tentie tn̄ nō ſunt oppoſite. Et ſic patꝫ rn̄ſio
ad illa obiecta. procedunt enim ſm ꝙ imor
tale priuat potentiā. ¶ Et ſi tu obijcias ꝙ
potētie diſtinguuntur per actus. et ita ſi acꝰ
ſunt oppoſiti. ⁊ potētie ſimiliter. Dꝺ ꝙ illꝺ
habet locū in potentijs naturalibus puris. uł
ſi in alijs potentijs locū habet intelligitur ꝺ
actu qui circūplectitur totā potentiā. cū aūt
potentia eſt ad oppoſita unus illoꝝ actuuꝫ
potentiā totā non circūplectitur. ¶ Itē q̄rit
de hoc quod dicit. ꝙ poſt peccatum corpus
factū eſt mortuū. mortuū enim ⁊ uiuū oppo
nūtur priuatiue. ergo ſi corpus ade poſt pec
catū uiuebat falſū eſt dicere ꝙ mortuū erat
Si tu dicas hoc eē dictū neceſſitati moriēdi
erat aſtrictū. pari rōne cū haberet neceſſita-
tē ad putrefactionē deberet dici corpus ade
eē putrefactū. ¶ R. Dꝺ ꝙ ſicut dicit aug. in
xiij. li. de ci. dei. mortuū poteſt eē nomen et
participiū. ſm ꝙ eſt participiū ſic ſignificat
mortē infuiſſe qꝺ eſt participans partē tp̄is
et tunc dicitur eſſe aliquis mortuus in quo
mors prius fuit. ſm aūt ꝙ eſt nomen. ſic de
nominat aliquē non ſolū a morte que infuit
ſed etiam a morte que ineſt. ſicut dicitur ali
quis albus ab albedine que ineſt. ⁊ qm̄ mors
nihil aliud eſt q̄ꝫ tendētia ad non eſſe. et hō
ꝯtinue ad non eſſe tendit poſt lapſū. hinc eſt
ꝙ ꝯtinue eſt in morte. ⁊ ideo ꝯtinue poteſt
dici mortuus. et ideo dicit apo. ꝙ corpꝰ mor
tuū eſt propter pccm̄. ¶ Qꝺ ergo obr̄ ꝙ
mortuū ⁊ uiuuꝫ opponūtur. Dꝺ ꝙ uerum ē
ſm ꝙ mortuū ſimplr̄ priuat uiuū. hoc ē ſm
ꝙ dicit actualem ſeparationē ſiue terminuꝫ
corruptionis. quando aūt dicit ordinē ad illū
terminū nō opponitur de ſe ſed rōe eius ad
quod ordinat. quia ordinat ad oppoſitū uite
et ſic ſimul poſſunt ſtare. imo neceſſe eſt ſič
eſſe cū uita preſenti. et ideo ſignanter parti
cipiū huius uerbi morior eſt anomalum nec
tenet formationē alioꝝ participioꝝ preteriti
temporis ſicut dicit aug. ¶ Itē queritur de
hoc qꝺ dicit. Sumeret homo de ligno uite
quo perfcē imortalis factus cibi alimenta ul
terius non requireret. ¶ Contra hoc eſt. Qꝺ
eſt corruptibile nō poteſt dare īcorruptōēꝫ.
ſed fructus illius ligni uite erat corruptibilis
aliter nō poſſet manducari ⁊ digeri. ergo nō
poterat homini p̄bere perfectā imortalitatē
¶ Itē aut ille fructus ꝯuertebatur in corpus
humanū. aut nō. ſi non. ergo non reficiebat
nec ſuſtētabat. ſi ſic. ergo erat eiuſdē nature
cū carne reliqua. ergo uidetur ꝙ imortalita-
tē preſtare non poterat. ¶ R. Dꝺ ꝙ illud li
gnū uite dicitur ab aug. potuiſſe preſtare ꝑ
fectā imortalitateꝫ. non quia propria v̓tute
poſſet corpus hominis facere incorruptibile
cum hoc ſit ſolius potentie diuine. ſed quia
uirtute ſibi data habebat ad hoc diſponere
et diuina uirtus illi ligno tanq̄ꝫ ſacramento
aſſiſteret que imortalitatē perficeret. Et ꝙ
lignum uite hanc poſſet habere v̓tutē ut ad
imortalitatē diſponeret ſatis patet ī multis
ſimilibus. multa enim ſunt aromata ut myr
rha ⁊ balſamus que corpus hominis diu a
putrefactōe ꝯſeruāt. ꝙ v̓o rōe diuine v̓tutis
aſſiſtētis diceretur corporibus illis imortali
tatē prebere ſimile habetur in ſacramentis

que dicuntur ꝯferre gratiã quãuis non ipſã grãm creent ſed diuina uirtus ipĩs aſſiſtens ſicut melius in quarto li. explicari habet. ſic ⁊ in propoſito intelligendũ eſt cum lignum uite eẽt primis hominibus in ſacramentis. vt ſicut dicit Auguſtinus.

## Diſtinctio. xx.

Poſt hoc uidendum eſt qualiter primi parentes ⁊c. Supra egit magiſter de duratione imortalitatis In hac parte agit de procreatione poſteritatis. vel aliter ⁊ in idem redit. Supra egit de ꝯſeruatione indiuidui. hic agit de ꝯſeruatione ſpẽi que quidem eſt per filioꝝ procreationẽ. Diuiditur pars iſta in partes tres. In prima determinat qualr̃ primi parentes filios procreaſſent. In ſcd̃a determinat quales filij naſcerẽtur ibi Si vo queritur quales ſi non peccaſſent ⁊c. In tẽtia breuiter epilogat que predeterminata ſunt ibi Talis erat hominis inſtitutio ante pccm̃. Prima pars habet duas. In prima determinat de modo gẽnerationis. In ſecũda de tp̃e tranſlatõis. ibi De termino tp̃is quo tranſfertur. Similiter ſecũda pars principalis hꝫ duas. In prima determinat quales naſcerentur filij quantũ ad corpus. In ſecũda quales naſcerẽtur quantũ ad animã. ibi Et cum de corpore humano non ſit abſurdũ ⁊c. Aliaꝝ partium ſubditiões ⁊ ꝯtinentia manifeſtata ſunt in littera.

AD intelligentiã huius partis que eſt de procreatiõe liberoꝝ in ſtatu innocẽtie quedã incidunt dubitabilia. ¶ Et primo queritur utrũ in ſtatu innocẽtie fuiſſet ſexuũ ꝯmixtio. ¶ Secũdo utrũ in illa ꝯmixtione erat ſeminum deciſio. ¶ Tertio utrũ in illa ſeminis deciſione eſſet delectatonis intentio. ¶ Quarto queritur utrũ in illa ꝯmixtione eẽt integritatis corruptio. ¶ Quinto queritur utrum in omni coitu eẽt plis gñatio. ¶ Sexto queritur utrũ equalis eẽt per generatões maſculoꝝ ⁊ feminarum multiplicatio.

CIrca primũ ſic pceditur ⁊ oſẽditur ꝙ ſi homo ſtetiſſꝫ facta eẽt ſexuũ ꝯmixtio. primo per textum gñ. ij. faciamus dicitur adiutoriũ ſimile ſibi. ſꝫ uir non indigebat adiutorio mulieris niſi q̃tum ad actum generatõis. nẽc poterant ſimul aliquẽ generare niſi ſimul ꝯmiſcerent. ergo ⁊c. ¶ Itẽ aug. xiiij. de ci. dei. Quiſquis dicit ñ coituros nõ generaturos hoies niſi peccaſſent. quid aliud dicit niſi ꝑpter numeroſitatẽ ſanctoꝝ neceſſariũ fuiſſe pccm̃. ergo ſi hoc eſt incõueniẽs ponere etiã ſi homo nõ peccaſſet uir ⁊ mulier p ꝯmixtionẽ ſexuũ generarent ¶ Itẽ diſtinctio ſexuũ nõ eſt niſi ꝓpt̃ generationẽ. ſed in primaria ſui ꝯditione diſtinctio fuit in humana ſpẽ ſicut i aliis. ergo ſi ſexus diſtincti ad unũ effectũ nõ ꝯcurrunt niſi ꝯmiſceantur. uidetur ꝙ ſi homo ſtetiſſꝫ uir ⁊ mulier cõmixti eẽnt. ¶ Itẽ uir habuit uim gñatiuã. ſꝫ planũ eſt ꝙ prolem intra ſe ꝯcipe ñ poterat cũ nec haberet locũ i quo ſetus uegetaretur nec uiã per quam egrederetur. ergo uidetur ꝙ ad hoc ꝙ generaret neceſſarium erat ſibi cum muliere ꝯmiſceri ⁊ ꝯuenire. ¶ Sed ꝯ. Aug. de bono ꝯiugali. Nuptie non niſi mortaliũ eſſe poterũt. ꝯſtat hoc dictũ eſſe quantũ ad ꝯmixtionẽ ſexuũ. ſi ergo manente ſtatu inocentie homo ñ poterat mori. ergo nec mulieri poterat ꝯmiſceri ¶ Itẽ Dam. poterat deus genus hoc abſq; generatõe multiplicare ſi homo mandatũ ſuũ ſeruaſſet uſq; in finẽ. ergo uidetur ꝙ ſi homo ſtetiſſet ꝙ uir mulieri ꝯmiſceri non haberet nec filiũ procreare. ¶ Itẽ ad hoc data eſt uis generatiua ut que non pñt ꝯtinuari in ſe ꝯſeruentur in ſuo ſimili. ſꝫ homine ſtante in perpetuum ꝯtinuari poſſet. ergo nõ uidetur ꝙ homo generaret. ¶ Itẽ ꝯmixtio ſexuũ eſt opus carnale. ſed primi parentes cum eẽnt ſp̃uales non erant dediti operibus carnis. nec impediebantur a q̃ete ꝯtemplatõis. ergo non uidetur ꝙ natura ſtãte haberent inſimul ꝯmiſceri. ¶ Ry. dõ ꝙ i ſtatu innocentie abſq; dubio homo haberet generari ex homine. ⁊ hoc atteſtatur auctoritati ſcripture ⁊ iudicio rõnis recte. dicitur enim hoibus in ſtatu inocentie ſicut ſcribit̃ Gen. i. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram. Et alius textus dicit mulierẽ in adiutoriũ uiri eẽ factã. Rõni etiã recte hoc cõſonat que dicit potẽtiã generandi ſpectare ad ꝯpletionẽ nature. uſum vo gñationis ad ꝯplemẽtũ ⁊ pfectionẽ ſuperne ciuitatis. ⁊ q̃ in ſtatu ĩnocentie natura perfectior erat q̃